lino (*6ies*): *perf.* liuit (*pro* leuit) Lev. 8, 10 M*; *part.* lyta (*pro* lita) *ib.* 14, 43 Λ^{L2H} — *Cf.* lenio *et* linio.

linum: *cf.* lineus *et* lignum ¶.

lippus (*bis*): lipus *semel* Σ^{O}BO.

liquefio (Ex. 16, 21 *et* Ios. 7, 5): liquifiebat *pr. loco* M*; liquęfactum *alt. loco* Σ^{T}Ψ^{B}; liquaefactum *ib.* T.

littera (*ter*): liter. *semper* grel, *semel* Σ^{M} b; literra Iud. 12, 6 B.

litus (*9ies*): litt. *semper* Ω^{J} glbgc, *5ies vel*

6^{ies} ΣΟΦ^{P}Ψ^{BDF}Ω^{S}, *bis vel ter* Σ^{M}Ω^{M}, *semel* Φ^{Z*}Ψ^{M}.

liuor (*ter*): lib. *semper* GCXΠ^{C}Σ^{T}, *bis* B M*, *semel* Π^{D*}ΑΘ^{M*}.

locupleto: locupletatus (Gen. 26, 13): locoplet. O*.

locus (*crebro*): loqu. *6^{ies}* Θ^{H}, Dt. 12, 13 Σ^{T*}; logo Ex. 20, 24 G* — ¶ luc(us) *pro* loc(us) *ter* B*, *semel* Λ^{L*}Φ^{A*}; *contra* loc(us) *pro* luc(us) *bis* P*, *semel* L*F* Σ^{T2M}Φ^{V2}O.

locusta: *cf.* lucusta.

longeuus (*ter*): longaeu. *semper* grelb§c, *bis* ΑΦ^{V}, *semel* ΤΦ^{RA}Θ^{AMG}; longeb. *semper* Λ^{L}, *bis* Π^{C}, Ios. 23, 1 O, Ex. 20, 12 (*ubi tantum adest*) G.

longinquus (*ter*): longinco Dt. 28, 49 ΒΩ^{SM}; longingo *ib.* Σ^{M}; loncingo *ib.* X; longingua Ios. 9, 6 P.

loquor: *pro praes.* loqu. (*saepissime*) *legitur* loc., *ita*: locor *semel* CXB, locuntur Ex. 6, 27 CΛ^{H}ΧΣ^{T*OM}ΑΜΦ^{ZOV}Θ^{G*} P*ΨΩ^{SM} a; *pro* loquere (*18^{ies}*): loque *semel* G^{t}BO; *pro part.* locut. (*crebro*): loquut. *semper* V, *plerumque* GBTΘ, *saepe* Σ^{T} (*vel* Σ^{T2}) Φ^{A}, *haud raro* Λ^{H}, *nonnumquam* Λ^{L}, *interdum* Σ^{M}Ω^{J}, *rarissime* Σ^{O}PΩ^{S}; loqut. *saepius* Σ^{T}, *rarissime* G Λ^{H}Σ^{M}ΤΦ^{A}ΘS; locuut. *semel* Λ^{L2}Σ^{T}P*.

lucus: *cf.* locus ¶.

lucusta (*9^{ies}*): locust. *semper* Λ^{H}ΠΣ^{OM}B ΦΩ *edd.*, *plerumque* XT^{2}MP, *saepius* CΘ^{H}, *bis vel ter* G^{C}Λ^{L} (*vel* Λ^{L2}) LF^{2}Σ^{T}M^{2} S, Iud. 7, 12 Θ^{G}.

lugeo: *part.* (Gen. 37, 34 *et* 35): lugiens *utr. loco* Ψ^{B*}.

lugubris: lugubri (Lev. 10, 19): lucub. M*.

lupanar (Num. 25, 8): lupinar Θ^{H}.

lustratio: lustrationis (Num. 8, 7 *et* 19, 20): luxtrati. *pr. loco* Π^{C*}; lustraci. *semel* SΩ^{M}.

luxuria: luxuriae (Dt. 21, 20): luxoriae T*M*Φ^{AZ*}ΘS (-ria) P*.

luxuriosus (Dt. 28, 54): luxor. Σ^{T}TM* Φ^{AZOVP}ΘS*P*.

M

maceria (*bis*): macheriarum Num. 22, 24 Λ^{H*}Σ^{M}ΤΜ*Φ^{A}; mazer. *ib.* S*.

machina: machinas (Dt. 20, 20), machinantur (Gen. 42, 11): macin. *utr. loco* ΧΣ^{T}, *semel* Λ^{L}BA*; macchin. *alt. loco* G.

macies: macie (Gen. 41, 21): matiae Φ^{G}Ψ^{B}.

macilentus: macilentae (Gen. 41, 19 *et* 27): machil. *utr. loco* Λ^{H*}, *alt. loco* BA; macillente *utr. loco* Ψ^{B*} (-entes *alt. loco*) ^{M}, *semel* P*Ψ^{DF} — ¶ maculentę *pro* macilentae Gen. 41, 19 Σ^{O}, *ib.* 41, 27 O.

macto (*10^{ies}*): magtauerimus Ex. 8, 26 Θ^{H}; mautauit Lev. 9, 15 A*.

maculentus: *cf.* macilentus ¶.

madeo: madens (Iud. 6, 39): madiens Φ^{Z}.

magister *et* magistratus *confunduntur*: magistratus *pro* magistros Dt. 16, 18 X P^{2}, *item* magistratos Ψ^{DFM}.

magisterium: magisterii (Gen. 40, 13): magest. P* — ¶ ministerii *pro* magisterii Gen. *l. c.* Φ^{A2}ΟΘ^{AM}Ψ^{BDF}Ω^{SM} agr el§c.

magistratus: *cf.* magister ¶.

magnanimus: magnanimorum (Iud. 5, 15 *et* 16): magna animorum *utr. loco* VF*; *pr. loco* X.

magnificentia (*bis*): magnificenc. *utr. loco* Σ^{M}.

magnus (*saepe*): *comp.* maiures Dt. 25, 7 O.

maiestas (*ter*): magest. *ter* C, *semel* Λ^{H} Σ^{M}BS; maistate Ex. 40, 33 O.

maledico (*circa 65^{ies}*): maladic. *bis* S — *Cf.* dico.

maledictio (*22^{ies}*): maledicione Iud. 21, 18 Ω^{S}; malediccionis Ios. 8, 34 Ψ^{B2}; maleditionem Dt. 23, 5 Θ^{H}.

maleficus (*8^{ies}*): malif. *5^{ies}* Φ^{V}, *semel vel bis* Φ^{R*ZG}P^{2} — *Acc. pl.* malefices Ex. 7, 11 P*.

malitia (Gen. 6, 5 *et* 50, 17): malic. *utr. loco* Λ^{H}, *alt. loco* Θ^{H}Ω^{J}.

malum (*9^{ies}*): malulum *bis* Ex. 28, 34 C.

malum granatum (*4^{ies}*): *pro nom. vel acc. pl.* mala granata (Ex. 39, 23, Num. 20, 5, Dt. 8, 8): malo granata *ter* Σ^{TO} elb§c, *semel vel bis* CΛ^{L}ΧΣ^{M}BAT Φ^{Zt}Θ^{A2M} (*vel* Θ^{M2}) PΩ^{J}.

mamzer (Dt. 23, 2): *cf. locus.*

man (*7^{ies}*), manna (*ter*): *alt. formam scripsimus cum omnibus codd. et edd.; cet. vero locis* manna *praebent 5^{ies}* Λ^{H}, *ter* X, *semel vel bis* ΒΤΦ^{A*}Θ^{M*G}PΨ^{D2FM}

Ωs; mannam Ex. 16, 33 X, Dt. 8, 3 ΣT; manno *ib.* L*; manne *ib.* X; *nota* man *ter* A; mān *bis* ΘHG; man̄ Num. 11, 9 ΘH; nān *bis* S². *Pro locutione* man hu (Ex. 16, 15) *cf. locus.*
mancipo: mancipari (Num. 4, 27): mantipare S*; mantipari S².
mandibula (*ter*): mandibola *ter* ΣT, *semel* CΣM; mundibula *bis* P*, Iud. 15, 16 ΠC*.
maneo (*circa 70ies*): mannet Dt. 12, 18 ΨB²; manemus (*pro* maneamus) Iud. 19, 11 V — ¶ manantes *pro* manentes Iud. 5, 20 FΨD; *contra* manentem *pro* manantem *ter* X, *semel* L*S*P*; *item* manebat Num. 16, 13 ΣU*P*ΨB*F.
✠ *Inter composita, de verbo* remaneo (*circa 45ies*) *tantum nota*: remansset Ios. 8, 17 ΠC; remasit Iud. 9, 5 V.
man hu (Ex. 16, 15): *cf. locus.*
manifestus: manifesta (Dt. 29, 29): manifestata ΨM.
manipulus (*11ies*): manipolum Dt. 24, 19 M*; manibulum *semel* S*ΨM.
manna: *cf.* man.
mano (*9ies*): mannabant Num. 16, 13 S*. — *Cf.* maneo ¶.
manus (*persaepe*): *Acc. sing.* manuum *ter* ΣT*, *semel* ΛLA*S*ΨD; *contra genet. plur.* (*17ies*): manum *semper* G, *circa 7ies* ΛLOΘH, *4ter* ΘA, *semel vel bis* ΛHLX² ΣT*MBA*ΦRZΘM*GP*ΨΩMt; *acc.* manos *cf.* Iud. 6, 13 ΘH.
marceo: marcetis (Ios. 18, 3): marcessitis C; marciscetis L.
mare (*circa 100ies*): *acc.* marę Num. 13, 30 ΣT, Ios. 1, 4 ΘH; mari Iud. 11, 16 B*; *abl.* mare *semel vel bis* XΣTMA*MP* ΘH*S*ΨF g.
maritimus: maritimis (Ios. 9, 1): marithim. Ωs.
maritus (*27ies*): *acc. pl.* maritus Num. 36, 8 S*.
marsupium: marsupiis (Gen. 43, 22): marsuppiis GCΛLXΠD*AM²ΦRAGVPΘAMG PΨB.
masculinus (*circa 25ies*): maculini *semel* B*S — ¶ masculi *pro* masculini *bis* ΣT, *semel* F*XBM*OΘHΩM; *contra* masculin. *pro* mascul. *bis* BΨDM, *semel* CΛL² ΠΣTΦR*ΘHAM*GΨBFΩM.
masculus (*30ies*): maculus Lev. 27, 7 ΛLt — *Cf.* masculinus ¶.
matertera: materterae (Lev. 20, 19): matertęre ΠCΘH; matertarae P; materterrae ΦVO; mater terrę ΨM.
maturesco: maturescere (Gen. 40, 10): maturisc. O.
medietas: medietate (Ex. 26, 12): medit. ΦA*P*ΩM.
medius (*plus 160ies*): metio Num. 4, 18, O; midio *semel* ΛLMtΦPΩs — ¶ modium *pro* medium Ex. 30, 23 ΨM.
mel (*25ies*): mille *pro* melle Ex. 16, 31 ΦR*; *contra* melle *pro* mille Num. 1, 41 O.
membrum (*ter*): menbr. *ter* ΨM, *semel vel bis* OΨBDΩJM.
memini (*15ies*): mimineris (*pro* memi.) Dt. 16, 3 ΩJ*; mento (*pro* mem.) Iud. 16, 28 X.
memor *et* minor *confunduntur*: memor *pro* minor Gen. 32, 10 ΛA.
memorabilis: *cf. infra* memoriale.
memoriale (*7ies*): memoriabile Lev. 23, 24 ΣTO*ΘH*; memorauile *ib.* O; memoribile *ib.* ΨB* — *Acc.* -alem Lev. 2, 9 ΛL*H.
mendacium (*4ter*): mendat. *semper* ΣO, *semel vel bis* ΛHΦAZ*SP*ΨB.
mensa *et* mensis *confunduntur*: mensem *pro* mensam Num. 3, 31 ΘH; *contra* mensae *pro* mensis Gen. 8, 13 C².
mensis (*minus 80ies*): *abl.* mensi Ex. 34, 18 ΨM; menso *semel* PΩM; *genet. plur.* (Ex. 12, 2 *et* Num. 28, 11): mensuum *utr. loco* CΛL*XΣTAT*M*ΘH, *pr. loco* GC ΛH*ΦV*P*, *alt. loco* B²S*; mensum *utr. loco* ΠCOΘAMG, *pr. loco* BA²ΦP, *alt. loco* G — ¶ mensis *pro* messis Lev. 23, 10 BΘH, Ios. 3, 15 ΨB²; *cf. supra* mensa.
menstrualis (*bis*): menstralis Lev. 15, 24 A*; menstualis *ib.* ΘG*.
menstruus (*7ies*): mestru. *bis* ΠD², *semel* ΠCΦGP; monstru. *semel* XΣT — *Acc.* *sing.* menstrum Lev. 15, 25 O; *abl.* menstrui Lev. 20, 18 ΨM; *nota etiam* (*pro acc. pl. n.*) menstruam Lev. 18, 19 X ΠD²BΦRZGO.
mentior (*6ies*): menciatur Num. 23, 19 ΣMS — *Inf.* mentire Ios. 24, 27 F*M*ΘH.
mercennarius (*7ies*): mercenar. *semper* OΘHΨM g, *semel vel bis* elψgc, *saepius* ΛLXaΠCΣOM*T²SΨBFΩM αr; mercinar. Ex. 12, 45 O.
merces (*20ies*): mercis *semel* CBT*Φz*O

P^*; mercide Iud. 18, 4 F; mercidem Dt. 15, 18 *item* F^*.
mereo: *cf.* mestus.
meretrix (*10^{ies}*): meritri. 8^{ies} P^2, Lev. 21, 14 O; *nom.* meretris Dt. 23, 17 Θ^{H*}.
mergulus (*bis*): mergulius *bis* Φ^{Z*}; merculus *semel* $GL\Psi^{M}$.
meridianus (*10^{ies}*), meridies (*circa 35^{ies}*): merit. *bis* O; mered. *semel* $\Phi^{R}\Omega^{M}$ — *Acc.* meridem *ter* Λ^{H}; meridinem Num. 33, 40 Ω^{M}; meridięm (*vel* -aem) *semel* $B\Lambda^{L}O^{2}$; *abl.* meridię (*vel* -ae) *raro* $C\Lambda^{L}O$, *semel vel bis* $FA^{*}\Phi^{AGP}\Theta^{H}\Psi^{F}$.
meror: merore (Gen. 44, 29 *et* Dt. 28, 65): moer. *utr. loco* 𝔤𝔯𝔢𝔷𝔠, *semel* Ω^{S} 𝔩𝔟; maer. *utr. loco* T, *semel* $LF\Phi^{RZG}\Theta^{AM}$ 𝔩𝔟; męr. *utr. loco* $M\Theta^{G}P$, *semel* $\Phi^{R}\Theta^{HAM}S$; memrore *pr. loco* Σ^{M*}.
messis (8^{ies}): *cf.* mensis ¶.
metallum (*ter*): metella Ex. 35, 24 Θ^{H*}.
meto (*17^{ies}*): mites (*pro* metes) Dt. 23, 25 Ω^{M}; mensuer. (*pro* messuer.) *semel* $\Lambda^{L\dagger}\Theta^{H}$; mesurieris (*pro* messueris) Lev. 19, 9 Ψ^{M} — ¶ metabantur *pro* meteb. Rt. 1, 22 $\Lambda^{L*}\Phi^{AGVP}$.
metor (5^{ies}): meteabuntur Num. 34, 10 S^* — ¶ mutabuntur *pro* metab. Num. *l. c.* X; *cf.* meto ¶.
meus: *pro voc. sing.* filia mi (*4^{ies}*): filia mea *semper* B^2 𝔠, *semel* $X\Pi^{D*}\Omega^{S}$ 𝔷; *pro genet.* mei: mi Gen. 49, 3 Σ^{T}; *pro forma* meae: mee *nonnumquam* $X\Pi\Psi^{M}\Omega$ 𝔞; męe *interdum* $\Sigma^{T}B$; męę *praecipue* Σ^{M}, *rarius* $\Lambda^{H}\Sigma^{T}$; maeae Rt. 4, 6 Θ^{H}; mę Dt. 22, 17 B; *pro voc. plur.* filiae mi (Rt. 1, 11-13): filiae meae (*vel* mee) *ter* $\Lambda^{H2}B^{2}$ 𝔯𝔠, *bis* Ω^{M}.
militia (Gen. 21, 33 *et* Dt. 17, 3): milic. *utr. loc.* $\Sigma^{M}\Omega^{SJ}$, *semel* $\Lambda^{H}\Theta^{G}S\Omega^{M}$.
mille: millę *semel* $\Sigma^{O}S$ — *Pro formis plur.* mili.: millia *semper* 𝔷𝔠, *fere semper* 𝔯𝔢𝔩𝔟, *nonnumquam* 𝔤, *semel* $X^{a}\Pi^{D}\Sigma^{O}\Psi^{M}$; milla *semel* Σ^{M} 𝔯; millium Ios. 3, 4 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔷𝔠; millibus *semper* 𝔯𝔢𝔩𝔟𝔷𝔠, *in* Iud. *tantum* (*praeter* 8, 10) 𝔤 — *Cf.* mel.
miluus: miluum (Lev. 11, 14 *et* Dt. 14, 13): miliuum *pr. loco* Θ^{H*}; milum *alt. loco* Λ^{L}.
ministerium (*26^{ies}*): minesterium *bis* S; mynisterio Ios. 9, 27 Φ^{A}; misterio Ex. 39, 24 Ψ^{F} — *Cf.* magisterium ¶.
ministro (*23^{ies}*): minastr. Ex. 39, 1 Λ^{H}.
minor: *cf.* memor.
minutatim (Lev. 2, 6): munutatim Π^{C}.
minutus *et* munitus *confunduntur*: minutissimam *pro* munit. Ios. 11, 13 Π^{C}.
mirabilis (*9^{ies}*): mirau. *ter* $\Lambda^{L}O$.
misceo: *part.* (Ex. 28, 33 *et* 30, 35): mist. *utr. loco* 𝔯𝔩𝔟, *alt. loco* Π^{C} 𝔢; misxtum *alt. loco* Σ^{T}; myxtum *ib.* P — ¶ mixta *pro* immixta Ex. 9, 24 $\Lambda XBAT^{2}M\Phi\Psi\Omega$ 𝔞𝔤, *vel* mista 𝔯𝔢𝔩𝔟𝔷𝔠.
misereor (*17^{ies}*): miseri. *ter vel quater* $F\Theta^{H}$, Dt. 19, 13 Φ^{RZ*GV}; miserata (*pro* miserta) Ex, 2, 6 $\Lambda^{H}A$.
mitra (*4^{ies}*): metras Ex. 29, 9 O.
mitto (*circa 160^{ies}*): mitet Lev. 5, 11 Σ^{O}; miss. (*pro* mis.) 7^{ies} O, *ter* Φ^{P}, *semel vel bis* $F^{a}\Sigma^{O}B\Phi^{RA*V}P\Omega^{S}$; *contra* misurus *semel vel bis* $\Psi^{RA*V*P*}$.
✠ dimitto, e-, in-, per-, prae-, pro-, re-, trans-: -mit. (*pro* -mitt.) *quater* Φ^{P}, *ter* O, *semel vel bis* $\Lambda X^{a}\Pi^{CD*}\Sigma^{TOM}\Theta^{AG*}\Psi^{B}$; -miss. (*pro* -mis.) 5^{ies} $\Phi^{P}OP$, *ter* Φ^{AZ}, *semel vel bis* $\Lambda^{L}L\Pi^{C}\Sigma^{T2}BM\Phi^{RGV}\Theta^{AM*}$; *contra* dimisus Iud. 1, 26 $M^{*}\Phi^{P}$, transmiso Iud. 10, 9 Λ^{L*}; *denique nota* promisiit Dt. 10, 9 S^{2}; dimistis Ex. 2, 20 $\Sigma^{O*}\Theta^{A*}$; promisset Ios. 9, 24 Φ^{V}; remisset Ex. 17, 11 Σ^{O}.
modius (8^{ies}): modeos Rt. 3, 15 Π^{E}; modis (*pro* modiis) Lev. 27, 16 $G^{*}\Pi^{C}$ — *Cf.* medius ¶.
moechor (*ter*), moechus (Lev. 20, 10): mech. *semper* $\Pi^{D}\Psi^{BFM}\Omega^{SJ}$ 𝔞, *ter* Λ^{H}, *semel vel bis* $L^{*}\Sigma^{O}\Phi^{AV*}O\Omega^{M}$; moec(or) *semper* C, *ter* Θ^{H} (*vel* Θ^{H2}), *semel vel bis* $G\Lambda^{L}\Sigma^{M}T^{*}\Phi^{P}O\Theta^{G}$; mec(or) *semper* $X\Sigma^{T}B$, *semel vel bis* $\Lambda^{H}\Sigma^{OM}\Theta^{H*}\Omega^{M}$, *nota quoque* moecabis Ex. 20, 14 T^{2}; męlchus Lev. 20, 10 Π^{C}; moehus *ib.* A^{*}.
moeror: *cf.* meror.
molior: molimur (Gen. 42, 31): mollimur $\Theta^{A*}\Psi^{B*}$ — ¶ morimur *pro* molimur Φ^{P}.
mollities: mollitiem (Dt. 28, 56): molit. Ψ^{M}; mollic. $\Phi\Theta^{H}SP\Omega^{SJ}$ 𝔞; -iam $M\Phi^{Z}S$; *nota* mollitem Ω^{M}.
momentum *et* monumentum *confunduntur*: momento *pro* monumento Num. 16, 38 Π^{C}; *contra* monumentum *pro* momentum Rt. 2, 7 M^{*}.
moneo *et* moueo *confunduntur*: mouit

pro monuit Iud. 1, 14 Φ^{ZG}Θ^{H*} — moneo *et* munio: monitus *pro* munitus *bis* Θ^{H}, *semel* XO.

moneta: monetae (Gen. 23, 16): monitae Θ^{M*}, monite Ψ^{M}.

monile: monilibus (Iud. 8, 26): munilibus CΛ^{L*}LXΣ^{M}M^{2}Ψ^{B*DF*M}.

monimentum: *cf.* monum.

mons (*saepe*): *genet. plur.* (5^{ies}): moncium Dt. 32, 22 Σ^{M}.

monstro (7^{ies}): mostr. *semel* GΛ^{H}Ψ^{F2}.

monstrum: monstra (Num. 13, 34): monstrua GCΛ^{H}XB.

monumentum (14^{ies}): monum. *praebent in* Gen. (*ter*) *omnes codd. et edd.; in cet. vero libris* (11^{ies}) *scribunt* monim. *semper* Σ^{O}T (*vel* T^{2}) Φ^{A2P}Ψ^{B}Ω^{J}are, *plerumque* CΛ^{H}Σ^{TM}BM^{2}PΨ^{DFM}Ω^{S}g, *saepe* Π^{D}Θ^{HAG}c, *haud raro* XΘ^{M}lvg, *ter vel quater* Λ^{L}Π^{C}OΩ^{M}, *semel vel bis* G (*vel* G^{C}) Φ^{RZ2V}S (*vel* S^{2}); munim. *bis* O, *semel* XP^{2}; munum. Ex. 17, 14 P* — *Cf.* momentum ¶.

morior (*circa* 240^{ies}): *praes.* morio Gen. 25, 32 C*; *in coni.*, e *legitur pro* i: morea. *quater* O, Num. 15, 35 S*; *contra, i pro* e: morir. *semper* Φ^{R}, *fere semper* Φ^{G}Ψ^{B} *crebro* TΦ^{V}, *nonnunquam* Φ^{Z}P*, *semel vel bis* F*MΦ^{P}Θ^{H*A*}S^{2}Ψ^{DFM}Ω^{M}a; *part.* mortus *bis* Σ^{T}, *semel* GΦ^{AZ}Ω^{M} — ¶ moratur *pro* moritur Num. 19, 14 S*; *item* moratur *pro* moriatur Lev. 24, 16 Λ^{L}; moremini *pro* moriemini Gen. 42, 20 O; *contra* morieris *pro* moreris Gen. 45, 9 X; *cf.* molior ¶.

moror (32^{ies}): *coni.* moriris (*pro* moreris) Gen. 45, 9 Φ^{R*} — *Cf.* morior ¶.

mortariolum (15^{ies}), mortario (Num. 11, 8): murtar. *semper* G, Num. 4, 7 Φ^{A*}; mortariulum Num. 7, 26 Φ^{A*}; mortaliola Num. 4, 7 M^{a}.

morticinum (12^{ies}): morticinium *bis* Ω^{S}, Num. 19, 13 S*; mortin(um) *ter* Ψ^{M}, Lev. 11. 27 Ω^{S*}; mortic(um) *semel* Λ^{L*}Π^{C}O.

motabilis: motabilem (Gen. 1, 21): mutab. G^{C}C*Λ^{L*}XΠ^{CD2}Σ^{M}A.

moueo (38^{ies}): mob. *plerumque* X, *haud raro* B, *nonnunquam* Σ^{T}, *raro* GCΛ^{L}O; *nota* mobuntur Gen. 9, 2 O — *Cf.* moneo.

✠ com-, pro-: -mob. *semper* X.

multiplico (41^{ies}): multiplec. *quater* G^{C}.

multum *et* multo *confunduntur*: multum *pro* multo Ex. 14, 12 Λ^{H}Θ^{G†}; *contra* multo *pro* multum Gen. 29, 7 O*.

munditia (Gen. 20, 5 *et* Lev. 13, 7): mundic. *bis* Λ^{H}Ω^{SJ}a, Gen. *l. c.* Φ^{Z}P*Ω^{M}.

mundo (24^{ies}): mondati Num. 8, 7 S* — ¶ mundate *pro* mutate Gen. 25, 2 G^{2}O; mundabuntur *pro* mutab. Lev. 24, 8 Ψ^{BM}.

munitus (12^{ies}): minitissimam Ios. 19, 29 Λ^{H} — *Cf.* minutus *et* moneo.

munitio: munitionibus (Dt. 20, 19): munic. S.

murenula: murenulas (Num. 31, 50): muraen. Θ^{A2}lvgc; munerulas Ψ^{M}.

murmur (5^{ies}), murmuratio (*ter*): murmor Ex. 16, 9 P*; murmorationes *semel* M*P*.

murmuro (11^{ies}), murmuror (Ex. 16, 8 *et* Num. 14, 2): murmor. 6^{ies} M*, 4^{ies} S, Dt. 1, 27 L*; mormorauit Ex. 17, 3 M*.

mussito: mussitatis (Ex. 16, 7): musit. G^{2}CΛ^{H}ΠΣBTMΦΘ^{HAMG}P^{2}ΨΩa.

mustela (Lev. 11, 29): mustella Θ^{A*}.

muto (18^{ies}): mot. *semel* OS^{2} — *Cf.* metor *et* mundo ¶.

✠ com-, in-: commot. (*vel* comot.) *semper* O: cōmitatus Lev. 13, 36 Ψ^{B*}; inmitatus *ib.* 13, 26 Φ^{A*}.

muttio (Ex. 11, 7 *et* Ios. 10, 21): muti. *utr. loco* Λ^{H2}Σ^{M}Φ^{R*P}Θ^{H}Ψ^{BDF}Ω *edd.*, *semel* Λ^{L}Σ^{O}TM*Φ^{AZGV}Θ^{AM*}Ψ^{M}, mutitire *alt. loco* Λ^{H*}T*; mutuet *pr. loco* Λ^{H*}.

mutuo (*adv.* 17^{ies}): mutue Gen. 37, 19 Λ^{H*}; motuo Rt. 3, 14 Φ^{V}; mutu Lev. 20, 17 Π^{C} — ¶ mutuo *pro* mutuum Dt. 15, 9 Λ^{H}BΘ^{M2}.

mutuum (*adv. ter*), mutuus (*ter*): mutum Dt. 15, 8 Θ^{H*} — *Cf. supra* mutuo.

mygale (Lev. 11, 30): *cf.* locus.

myrrha: *cf.* smyrna ¶.

N

nascor (47^{ies}): nasceturus Iud. 13, 8 Θ^{H} — *Forma activa etiam legitur* nascunt *semel* Π^{C}Φ^{Z*}.

nasus: naso (Lev. 21, 18): nasu G*(?)CΣ^{TM}Ψ^{B*}.

natio (24^{ies}): nac. 7^{ies} S, Dt. 25, 19 Ω^{J2}.

natiuitas: **natiuitatis** (5^{ies}): natib. Ex. 28, 10 O; natif. *ib.* Σ^{T*}.
nauis (Gen. 49, 13 *et* Iud. 5, 17): nabibus *alt. loco* XΣ^{T}O.
nausia: **nausiam** (Num. 11, 20): nauseam AΩ grelbgc; nauxiam S.
nausio: **nausiat** (Num. 21, 5): nauseat Λ^{L3}ASΩ *edd.*
nazareus (9^{ies}): nazarae. *semper* relbgc, *semel vel bis* C^{2}FΦ^{RGVP}Θ^{HAG}; nazarȩus Iud. 16, 17 Π^{D*}; nazore. *semper* Σ^{T}, *fere semper* BΘ^{M} (*vel* Θ^{M2}), 4er Λ^{L*}Σ^{O*}A, *semel vel bis* CXΣ^{M}Ω^{M*}; nazorae. *bis* Θ^{M}, Num. 6, 20 A; nazorȩi Num. 6, 19 A; nozareus Num. 6, 18 Λ^{L*}Σ^{O2}; nazorei Num. 6, 21 Σ^{T*}; nacarȩ. *ter* X^{a}; nacarei Num. 6, 19 X^{a} — ¶ nazarenus *pro* nazareus Gen. 49, 26 A, Iud. 13, 5 Ω^{M}.
ne (*circa 170^{ies}*) *et* **nec** (*circa 210^{ies}*) *confunduntur*: nec *pro* ne: *ter* Ψ^{M}, *semel vel bis* Π^{C}Σ^{M}S; nec quidem *pro* ne quidem *bis vel ter* Λ^{L} (*vel* Λ^{L2}) Λ^{H} (*vel* Λ^{H2}) XΩ ar, *semel* CB^{1}P*Ψ^{B2DF} elg; *contra* ne *pro* nec *bis vel ter* Σ^{M}Ψ^{FM}, *semel* G^{t} Λ^{L*}Σ^{O*}Θ^{A*M*}Ψ^{D} wgc; ne quidem *pro* nec quidem Num. 6, 7 Λ^{L}AS w — **ne** *et* **neque**: neque quidem *pro* ne quidem Num. 16, 15 Π.
nebula (Ex. 24, 18 *et* Lev. 16, 13): nubul. Ex. *l. c.* M*; neuul. Lev. *l. c.* B.
nec (*circa 210^{ies}*): nȩc *ter* Λ^{L}; naec Rt. 1, 12 T — ¶ neque *pro* nec Lev. 21, 7 Σ^{O*}, Num. 20, 17 Λ^{H}Σ^{T}, Ios. 1, 5 Π; *contra* nec *pro* neque Ex. 4, 8 Σ^{T}Ω^{S}, Dt. 4, 2 XΩ^{S} *edd.*, Ios. 6, 10 Ω^{SM} — nec *pro* non Num. 20, 17 Ω^{SJ} — *Cf. etiam* **ne**.
necdum (11^{ies}): nedum Ex. 9, 30 Σ^{T*}; nundum Ios. 13, 1 Ω^{3}; nuncdum *ib.* Φ^{A}.
neco (4er) *et* **nego** (6^{ies}) *confunduntur*: negabitur *pro* necabitur Dt. 13, 10 F S*, *item* negetur Gen. 31, 32 Π^{C}O; *contra* necabunt *pro* negabunt Dt. 33, 29 Ψ^{DM}.
nefarius (*ter*), **nefas** (6^{ies}): neph. 7^{ies} Ω^{M}, *ter vel quater* Λ^{H}Ψ^{D} agre, *semel vel bis* Ψ^{BFM}Ω^{S}; *nota etiam* neuas Iud. 20, 6 Σ^{T}.
neglegentia: **neglegentiam** (Num. 5, 6): necleg. XΘ^{H}; neglig. Λ^{H}Σ^{O}Φ^{O}Ω^{JM} *edd.*; neglegenc. Σ^{M}S.
neglego (6^{ies}): necleg. 4er *vel* 5^{ies} CX, Dt. 22, 3 Σ^{T}; neggleg. Gen. 42, 1 O; neglens Lev. 20, 4 G — *Cf.* **lego**.
nego (6^{ies}): *cf.* **neco**.
negotiator (Gen. 37, 28), **negotior** (*bis*), **negotium** (5^{ies}): negoc. *fere semper* TΩ^{SJ}, 4er Λ^{H}Ω^{M} ag, *semel vel bis* Σ^{O} Φ^{V2}S^{2}.
neo: **neuerant** (Ex. 35, 25): neurant Θ^{H*} — ¶ nouerant *pro* neu. G^{C}Λ^{H}CXΠ Σ^{T}ATMΦ^{A*Z*}PΨ^{B*DM}.
nepos (8^{ies}): neputes Iud. 12, 14 F^{a*} — *Dat. plur.* nepotis Dt. 6, 2 Θ^{H*} — ¶ nepotis *pro* neptis Lev. 18, 10 XΠ^{C}Θ^{HAM*G*} Ψ^{BF}Ω^{M*}.
neptis (Lev. 18, 10): *cf. supra* **nepos** ¶.
nequam (Gen. 38, 7) *et* **nequaquam** *confunduntur*: nequam *pro* nequaquam 4er O, Ios. 22, 33 Φ^{P}.
nequaquam (26^{ies}): nequequam Num. 24, 1 S*; neqaquam Dt. 3, 26 B*; necaquam Ios. 5, 14 Σ^{T*} — *Cf.* **nequam**.
neque (*circa 55^{ies}*): *cf.* **ne** *et* **nec** ¶.
nequeo (6^{ies}): nequȩ. *bis* Π^{C}, nequȩas Iud. 16, 6 Ψ^{F}; neqeas Dt. 28, 27 S*; *nota etiam* non qu(a)eo *pro* nequeo Num. 22, 37 MΦ^{ZGVP}Ψ^{BM}.
nequitia (Ex. 32, 12): nequicia Λ^{H}Ω^{S}.
neruicus: **neruicis** (Iud. 16, 7): neruiciis Θ^{A2}; neruiceis Λ^{H}Π^{C2} *edd.*
nescio (24^{ies}): necciens Lev. 5, 18 Λ^{L*} — *Cf.* **scio** ✠.
ni: *cf.* **nisi**.
nihil (28^{ies}): nichil *semper* Σ^{O}Ψ^{D}Ω^{J}, *fere semper* Λ^{H}Π^{D}Σ^{M}Ψ^{BFM}Ω^{SM} a, *circa 20^{ies}* C, 12^{ies} Φ^{G}, *bis* B^{2}; nicil *semper* X, 4er Λ^{L}, *semel vel bis* CΣ^{TM}B — ¶ nil *pro* nihil *semel* G*Θ^{A} aelg.
nihilominus (6^{ies}): nichilominus *semper* Π^{D}Ω^{J}, 5^{ies} Ω^{SM} a, *ter vel quater* Λ^{H}Σ^{OM} B (*vel* B^{2}), *semel vel bis* CΠ^{C}Φ^{G}Ψ^{BF} r; nichilhominus *semper* Ψ^{DM} (-nis Num. 15, 25), 4er *vel* 5^{ies} Ψ^{BFM}, *bis* Λ^{H}Σ^{OM}; nihilhominus 4er Σ^{T}, *semel vel bis* Π^{C}Σ^{O}M* Φ^{AGP}OΘ^{A*}S^{2}P*; nicilhominus *semper* X, Num. 15, 25 B; nilchilhominus Gen. 8, 12 a; nihilhominum *ib.* Θ^{M}.
nil: *cf.* **nihil** ¶.
nisi (30^{ies}) *et* **ni** *confunduntur*: ni *pro* nisi Iud. 11, 25 Φ^{G}.
nitor (*ter*): nittebantur Iud. 18, 17 Λ^{H}.
nobilis (4er): nouilissimi Num. 25, 15 Λ^{L}; nubilissimi *ib.* S* — ¶ nubiles *pro*

nobiles Dt. 1, 15 S*; *contra* nobilis *pro* nub. Lev. 19, 20 CΛXΠ^{CD*}ΣBTM Φ^{RA*ZGVP}OΘPΨ^{B}Ω agelgc*.

noctu (Gen. 31, 40) *et* nocte *confunduntur*: nocteque *pro* noctuque O.

nolo (*plus* 100^{ies}): nului Ios. 24, 10 B*O; nuluerit Gen. 24, 5 M*Φ^{A*}; nonlite Num. 16, 26 S; nonlueris Dt. 28, 15 B*; nolet (*pro* nollet) Ex. 13, 15 O; *contra* nollens (*pro* nolens) Num. 35, 15 Ψ^{M}; *nota* nolieris (*pro* nolu.) Dt. 28, 15 L*; noliuerit Dt. 18, 19 Σ^{T}.

nomen *et* numen *confunduntur*: numina *pro* nomina Dt. 7, 24 Σ^{T2O}, *ib.* 12, 3 Λ^{H}ΣB.

non: no *ter* B, *semel* Λ^{H}ΣΦ^{V*P}OS* — ¶ non *pro* nonne Num. 12, 14 Λ^{H}Σ^{OM} BΨ^{FM} — non *pro* num Gen. 18, 17 Ω^{M} a; *contra* numne *pro* nonne Ex. 10, 7 Π^{D2} — *Cf. etiam* nec ¶.

nonagenarius: nonagenaria (Gen. 17, 7): nonagin. CΛ^{H}XBA*O.

nonaginta (5^{ies}): nunag. Gen. 5, 9 Λ^{L*}.

nongenti (9^{ies}): nungent. *semper* GF, *circa* 6^{ies} XΠ^{C}, *circa* 4^{er} Π^{D}Σ^{T}B, *semel vel bis* Λ^{L*}AΘ^{H}; noningentorum Gen. 9, 29 O.

nonne: *cf.* non ¶.

nos: *dat.-abl.* nouis Iud. 9, 8 Σ^{T*}, nouiscum 4^{er} O.

nosco (*saepe*): *perf.* qnobit Dt. 2, 7 Σ^{T*}; norunt (*pro* nouer.) Num. 31, 17 Σ^{TO}B ATΘ^{AMG}S* w; nusti Dt. 22, 2 *et* nusse Num. 23, 10 S* (*cf.* cognusc. *ter* M*, *bis* F*S) — ¶ nouer. *pro* uouer. Lev. 27, 9-23 (*ubi haec vox* 9^{ies} *reperitur*) *ter* Ψ^{M}, *bis* Φ^{V}, *semel* Π^{C}B*Ψ^{F}; *cf.* neo ¶.

nouacula (Num. 6, 5 *et* Iud. 13, 5): nobac. *semel* B*O; nauac. *semel* CΛ^{L}Σ^{M}; nabac. Iud. *l. c.* X.

nouellus: nouellis (Ios. 24, 32): nob. X.

nouem (*plus* 15^{ies}): nobem 12^{ies} X, *circa* 4^{er} Σ^{TO}, *semel vel bis* CB; nobe *bis* O.

nouerca (Lev. 20, 11): nob. XΣ^{T}B.

nouus (32^{ies}): nob. 20^{ies} X, 13^{ies} O, 7^{ies} Σ^{T}B, 4^{er} Λ^{L}; *semel vel bis* G*CX^{a}.

noxa *et* noxius *confunduntur*: noxiam *pro* noxam Ex. 32, 31 XΣ^{T}.

nubes (46^{ies}): *pro nom.* (*circa* 20^{ies}): nubis *circa* 4^{er} G^{C}XTS, *bis vel ter* M*Φ^{RAZG}O Θ^{H}P*, Num. 14, 14 Λ^{L*}; nubs *circa* 15^{ies} Σ^{T2}Λ^{L}, 5^{ies} B, *ter* Σ^{T}, *semel vel bis* Λ^{H*}X.

nubilis: *cf.* nobilis ¶.

nubo (6^{ies}): *perf.* (Num. 36, 11) nubserunt XΣBAOΘ^{H}; *part.* (*bis*) nubta *utr. loco* GXΣ^{T}B, *semel* CΣ^{O}Ψ^{F2}; nubata Lev. 22, 12 O.

nudius tertius (6^{ies}): nudustertius 6^{ies} AΦ^{RZGV}O, 5^{ies} Θ^{M}, *circa ter* Π^{C}Φ^{A} (*vel* Φ^{A2}) Θ^{G*}, *semel vel bis* GL*FXTM*Φ^{P*} P; nudiustercius 6^{ies} Λ^{H}Σ^{M}Ω^{J} a, *ter* Ω^{S}, *semel vel bis* X (*vel* X^{a}) Σ^{O}Φ^{P}S^{2}Ω^{M}; nudustercius *semel vel bis* X*S*.

nullus (*circa* 65^{ies}): nulo Dt. 15, 6 Φ^{P} — *Genet.* nullus Iud. 18, 10 B*A*P* Ψ^{B*D*FM}.

num (18^{ies}): nun *semel* Π^{D}Φ^{P2}Ψ^{M} w; *cf. etiam* numquam *et* numquid — ¶ nunc *pro* num Num. 20, 10 XΦ^{P*} (*item* nuncquam *bis* Σ^{T}); *cf.* non ¶.

numen: *cf.* nomen.

numerus (*minus* 80^{ies}): nomerus Num. 26, 25 S*; numir. *semel* F*O; nummerus Num. 26, 34 M*; *nota* numerari (*pro* numeri) *bis* Ψ^{M}, Num. 21, 1 Θ^{H*}.

numquam (12^{ies}): nunquam *semper* Ω^{J}, *fere semper* grlw, *circa* 7^{ies} Π^{D}Ω^{M} e, *semel* Λ^{H}Π^{C}Σ^{T}Ψ^{B2M} c; nūquam *praecipue* Ω^{S}, *haud raro* Ψ^{BF}, *aliquoties* Σ^{O}Φ^{R} a, *raro* Λ^{H}LMΦ^{AZG}Θ^{H}PΩ^{M} gec; nuncquam *bis* Σ^{T}.

numquid (30^{ies}): nunquid *saepissime* lw, *saepe* Π^{D}Ω^{J} gre, *aliquoties* Ψ^{M}Ω^{M} a, *raro* Σ^{TO*}Θ^{HAMG*}S; nūquid *aliquoties* Σ^{O}Φ^{RAZ} Ψ^{BF}Ω^{SJ}, *raro* arg, *rarissime* LΘ^{A} ge, Iud. 14, 3 c; nuquid Iud. 4, 20 Ψ^{B} — *Cf.* qui.

nunc (*saepe*): nonc Dt. 8, 19 O — ¶ nunc *pro* tunc Num. 19, 7 Σ^{O}; *cf. etiam* necdum *et* num ¶.

nuntio (32^{ies}): nunc. *semper* S (*vel* S^{2}) gc, *fere semper* a, *saepe* Σ^{M}Ω, 15^{ies} Λ^{H}, *raro* Σ^{O}Φ Pg, *semel vel bis* Λ^{L}MO†Θ^{H} relw; nontiatum Ios. 10, 17 M*; nonciauit Num. 11, 27 S*.

✠ adnuntio, de-, pro-, re-: -nunc. *semper* agc, *fere semper* Σ^{M}S, *haud raro* Λ^{H}Ω^{SM}, *raro* ΦPΩ^{J}, *semel vel bis* Ψ^{M} g.

nuntius (22^{ies}): nunc. *semper* S gc, *fere semper* Ω^{S} a, *saepe* Σ^{M}Ω^{M}, 9^{ies} Ω^{J}, 4^{er} g, *semel vel bis* ΛLΣ^{O}ΦΘ^{H}; nontios Ios. 6, 25 Φ^{P}.

nuper (Dt. 24, 5): nuber S*.

nuptiae (5^{ies}): nubt. *semper* VX, 4^{er} BΣ^{T}, *bis vel ter* GCΣ^{M}; nupc. Ex. 21, 10 P a

— *Abl.p lur.* nuptis (*pro* -tiis) Gen. 29, 30 O.
nurus (*10*ies): *abl.* nura (*pro* -ru) *ter* X, *bis* Λ^{L*}Ψ^{M}.
nutrix (*4*ies): nutris Num. 11, 12 B*; notricis Rt. 4, 16 Θ^{H*}.
nux: nucis (*6*ies): nuchis *semel* G*B; nuhis Ex. 25, 33 Σ^{T}; nochis Ex. 37, 20 G^{2}.
nycticorax: nycticoracem (Dt. 14, 17): *cf. locus.*

O

ob (*19*ies): hob *semper* C, Ios. 9, 13 Σ^{T} — *Cf.* hic ¶.
obaudio *et* oboedio *confunduntur*: obaud. *pro* oboed. *ter* X, *semel* C (hob.) Π.
obduro *et* obturo *confunduntur*: hobturabis *pro* obd. Dt. 15, 7 C; *contra* obduratus *pro* obt. Num. 24, 3 *et* 15 XΣ^{T}M*S (S^{2} *pr. loco*).
obedio: *cf.* oboedio.
obeo (*4*ies): *cf.* eo ✠.
obesus: obesis (Gen. 41, 18): obaesis GΠ^{C*}Φ^{V2}P; oboesis Φ^{A*}; obessis Σ^{T*} Φ^{V*}Ψ^{M}.
obfirmo: *cf.* offirmo.
obicio (Dt. 22, 14 *et* 20): *cf.* iacio ✠.
oblatio (*68*ies): oblac. *nonnumquam* S, *4*ies Σ^{O}, *bis* Ω^{M}.
obligo (*ter*): *cf.* ligo ✠.
obliuio (*bis*), obliuiscor (*20*ies): oblib. *7*ies *vel 8*ies C(hob. *praecipue*) XΣ^{T}B, *bis vel ter* Λ^{L}O; ouliuiscaris Dt. 9, 7 O; *nota* oplitus Dt. 24, 19 S*.
obnixe (Iud. 19, 7): obnoxe Θ^{H}.
oboedio (*23*ies): obed. *semper edd., fere semper* Σ^{O}Ψ^{BM}Ω, *saepe* X(*vel* X^{a}) ΠΣ^{M}B, *haud raro* Λ^{H}Σ^{T}Ψ^{DF}, *nonnumquam* Λ^{L}O (*vel* O^{2}) S(*vel* S^{2}), *raro* Φ^{GP}, *rarissime* L^{2}Φ^{RAZV}Θ^{H}P; hobed. *circa 5*ies C (*cet. locis* hoboed.) Λ^{H}Σ^{T}; obęd. *10*ies Λ^{L}, *semel vel bis* Π^{C}Σ^{OM}Ψ^{F}; oped. Num. 14, 22, S*; *nota* oboeediritis Dt. 11, 13 L — *Cf.* obaudio.
obolus: obolos (*4*ies): obelos *bis vel ter* Φ^{RZ}(*vel* Φ^{Z2}) GP (*vel* P^{2}), *semel* TΦ^{A*}Θ^{G*}; oboelos *semper* Φ^{V}, *bis vel ter* Φ^{A*P*} P(*vel* P^{2}) Ψ^{F}, Num. 3, 47 Φ^{Z}; obęlos *bis* Ψ^{D}; obaelos Lev. 27, 25 Ψ^{M}; obulos *bis* X, *semel* GΘ^{A*}Ψ^{D2}; hobulos *bis* C X; ouulos Num. 3, 47 O.
obprobrium (Gen. 30, 23 *et* Ios. 5, 9): oppr. *utr. loco* CM^{2}Θ^{G}Ω^{J} 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔤𝔠, *pr. loco* Φ^{P}Ω^{S} 𝔞, *alt. loco* Λ^{L}FBO; opr. Ios. *l. c.* Ω^{M}; obbr. *ib.* Ψ^{M}; obpropr. Gen. *l. c.* P, Ios. *l. c.* Σ^{T}Θ^{H}; oppropr. Gen. *l. c.* Σ^{T}B.
obpugno (*8*ies): oppug. *semper* VFM (*vel* M^{2}) SΩ^{S} *edd.*, *7*ies Ψ^{BM}Ω^{M}, *5*ies *vel 6*ies Λ^{L} LΠ^{C}Σ^{T}Φ^{RVP}OΘ^{H}Ψ^{DF}Ω^{J}, *ter vel quater* Φ^{AZG}Θ^{G}, *semel vel bis* Π^{D}Σ^{M}ATΦ^{G}; opug. *bis* Σ^{M}.
obrumpo: *cf.* abrumpo ¶.
obruo (*11*ies): opruent Dt. 22, 21 S*.
obsecratio: obsecrationibus (Dt. 4, 7): obsegrac. S*; obsecrac. S^{2}.
obsecro: *cf.* sacro.
obseruabilis (Ex. 12, 42): obserbauilis Λ^{L2}; obserbabilis O.
obseruo (*25*ies): oserua Ex. 23, 21 Λ^{H} — *Cf.* seruo ✠.
obsideo (*6*ies): *cf.* sedeo ✠.
obsorbeo: *cf.* absorbeo ¶.
obstetrico (*bis*), obstetrix (*6*ies): obstetr. *scribimus adsentientibus semper* Λ^{H}Π^{D}(*vel* Π^{D2}) Σ^{O}AMΦ^{A}(*vel* Φ^{A2})^{ZGVP} Θ^{HM}(*vel* Θ^{M2})^{G}(*vel* Θ^{G2}) Ψ^{DM}Ω *edd.*, *plerumque* T^{2}Φ^{R}P^{2}Ψ^{F}, *5*ies G(*vel* G^{1}) Ψ^{B}, Gen. 35, 17 B; obsetr. *praebent semper* C(hob.) Λ^{L}XΠ^{C}Σ^{TM}TOΘ^{A}P, *7*ies B, *circa 5*ies Θ$^{H?M*G*}$, *semel vel bis* G^{C}Φ^{A*}Ψ^{B2}; obtetr. *4*ies G (*vel* G†); obstretr. *ter* Ψ^{B}, Ex. 1, 20 Φ^{R}; obstric. Ex. 1, 16 Ψ^{F}; obstetris Gen. 35, 17 Λ^{H}.
obstinatus: obstinato (Rt. 1, 18): obtinato Φ^{V}; abstinato Φ^{A} — *Cf.* destinatus ¶.
obstipesco: obstipuerit (Gen. 32, 32): obstip. *scribimus cum* C(hob.) Λ^{L2}XΠ^{C} (op.) Σ^{TM}BTMΦ^{RAZV}OΘ^{AMG}PΨ^{DFM}; obstup. GΛ^{H}Π^{D}Σ^{O}AΦ^{GP}Ψ^{B}Ω *edd.*
obstringo: *cf.* stringo ✠.
obstruo (*bis*): obtruxer. *semel* Π^{C}B*Φ^{P}.
obstupesco: *cf.* obstipesco.
obtendo: obtendere (Gen. 44, 16): opt. G.
obtineo (*15*ies): opt. *semper* ΠΦ^{P}Ω^{S}, *saepe* Φ^{RV}O, *haud raro* Σ^{M}Φ^{Z}Ψ^{D}Ω^{M}, *aliquoties* AΦ^{AG}Θ^{G}Ψ^{BFM}, *raro* LTΘ^{HM}S P^{2}Ω^{J} 𝔞 — *Cf.* teneo.
obturo: obturatus (Num. 24, 3 *et* 15):

optur. *bis* Π, *alt. loco* Ω^{S}; obthur. *bis* el — *Cf.* obduro.

obuiam (9^{ies}): obbiam *ter* O, Ex. 4, 27 Π^{C}; obiam 6^{ies} Λ^{L} (*cf. etiam* Gen. 33, 8), *bis* O; ouiam Gen. 32, 1 $\Theta^{O\dagger}$ (*cf. etiam* Gen. 33, 8 Λ^{H*}) — ¶ obuiam *pro* obuium Gen. 32, 17 $X\Sigma^{O}BT\Psi$; obuiam *pro* obuias Gen. 33, 8 $\Lambda^{H2}\Pi B\Phi O$(obb.)$P^{2}\Psi\Omega$ agrelgc.

obuius (5^{ies}): obbius Num. 23, 15 O; obius *ter* Λ^{L}, *bis* S*; ouius *semel* $\Lambda^{L}\Sigma^{O}S^{*}$ — *Cf.* obuiam ¶.

occasio (*ter*): occansion. *semel* $FS^{2}P^{*}$ (*nota etiam* occa*sionem *semel* $F^{*}\Theta^{AM}$); ocasiones Dt. 22, 14 T.

occasus (10^{ies}): hoccasum Ios. 1, 4 $C\Sigma^{T}$; occausum Dt. 24, 15 Ψ^{M}.

occidens (19^{ies}), occidentalis (13^{ies}): hoccid. *semper* C, 12^{ies} Σ^{T}.

occido (*circa* 90^{ies}): hocci. *saepe* C, *circa* 10^{ies} Σ^{T}; ociderit Lev. 17, 3 G* — *Cf.* caedo ⊞.

occludo: *cf.* adcludo.

occubo: *cf.* occupo ¶.

occubitus: occubitum (*ter*): obcub. Gen. 28, 11 O; ocub. *ib.* Σ^{M}; occup. Dt. 11, 30 S* — ¶ accubitum *pro* occubitum Gen. 28, 11 B*.

occulte (Gen. 18, 12): oculte Σ^{M}.

occumbo (8^{ies}): obc. *ter* XA, *semel vel bis* $\Lambda^{L*}\Sigma^{TM}\Phi^{Z}$; hobc. *semper* C; ocumberet Ios. 10, 27 Σ^{M}; *cf.* cumbo.

occupo (7^{ies}): ocupate Iud. 7, 24 Σ^{M} (*cf.* praeocupauit *ib.* Σ^{M}); hoccup. Iud. 3, 28 $C\Sigma^{T}$ — ¶ occub. *pro* occup. *bis* M*, Num. 32, 41 Θ^{H}.

occurro (28^{ies}): ocur. *semel* $\Sigma^{O}\Phi^{Z}O\Theta^{H}$; hoccur. *saepe* C, *semel vel bis* $\Sigma^{T}S^{*}$ — *Cf.* curro ⊞.

occursus: occursum (16^{ies}): ocur. 5^{ies} O, *semel vel bis* $\Pi^{C*}BS$; hoccur. Iud. 7, 24 $C\Sigma^{T}$.

octauus (15^{ies}): octab. *semper* X (*vel* X^{a}), *circa* 12^{ies} $\Sigma^{T}O$, 9^{ies} GB, *circa* 5^{ies} $\Lambda^{L}\Pi$, *semel* $A\Theta^{H*}S$; hoctab. *semper* C.

octingenti (7^{ies}): octingint. *ter* O, Gen. 5, 13 M*; octungent. *ter* XB; octongentis *semel* $\Phi^{A*}O\dagger$.

octo (17^{ies}): octu Num. 4, 48 S*.

octoginta (11^{ies}): octogynta Ex. 7, 7 Π^{C}; octuginta 7^{ies} X, Gen. 5, 25 B; hoctuginta 5^{ies} C; octugenta Num. 4, 48 S*; octuaginta 5^{ies} $\Sigma^{T}\Psi^{D}$, *ter* Ψ^{M}, *semel vel bis* $\Lambda L^{2}\Sigma^{M}\Phi^{P}O\Theta^{A}P^{*}\Psi^{F}$; octoaginta *ter* $M^{*}\Theta^{H}$, *bis* Θ^{G}; octoginto Ios. 14, 10 L*.

oculus (*circa* 95^{ies}): hocul. *saepe* C, 4^{or} Σ^{T}; occul. 10^{ies} Λ^{H}, *semel vel bis* $\Sigma^{O}T$.

odi (23^{ies}): hod. *saepissime* C, *haud raro* $\Lambda^{H}\Sigma^{T}$, *raro* Ψ^{FM}, Lev. 19, 17 Ψ^{B}; odierit (*pro* oder.) Dt. 24, 3 $\Lambda^{H}\Theta^{AG*}$.

odiosus (4^{or}), odium (8^{ies}): hod. *semper* Σ^{T}, *fere semper* C, 7^{ies} Λ^{H}, *circa* 5^{ies} Ψ^{FM}, *ter* Λ^{L}, *semel vel bis* $\Sigma^{M}O\Phi^{P*}\Psi^{B}$.

odor (*circa* 45^{ies}): hod. *saepissime* C, 34^{ies} Σ^{T}, 7^{ies} Λ^{H}, *bis* $\Sigma^{O}\Psi^{M}$; utorem (*pro* od.) Lev. 26, 31 Θ^{H}.

odoror (Gen. 8, 21 *et* Dt. 4, 28): hod. *utr. loco* C, *alt. loco* Σ^{T} — *Forma activa etiam legitur* odorant Dt. *l. c.* Ω^{M} g.

oephi: *cf.* epha ¶.

offero (*persaepe*): hoff. *saepissime* C, *ter* Σ^{T}; ofer. *rarissime* $G\dagger\Lambda^{L}X^{a}\Phi^{V}\Theta^{H}$; *pro perf.* obtul. (*circa* 85^{ies}): optul. *plerumque* $\Pi\Phi^{RGVP}\Omega^{S}$, *circa* 65^{ies} $\Sigma^{M}\Phi^{Z}$, *circa* 35^{ies} Φ^{A}, *circa* 25^{ies} $O\Theta^{G}\Omega^{M}$, *circa* 15^{ies} Ψ, *quater* A, *semel vel bis* $\Lambda^{L}F\Theta^{H}P\Omega^{J}$; outulerit Lev. 16, 24 G* — *Cf.* fero ⊞ *et* adfero, aufero, effero ¶.

officium (15^{ies}): offit. 9^{ies} Σ^{M}, Dt. 20, 6 P.

offirmo (*ter*): obf. *semper* C(hob.)$\Lambda^{H}F$ $X\Sigma BT\Phi\Theta^{AMG}S\Psi^{BFM}\Omega$ *edd.*, *bis* $\Lambda^{L}\Theta^{H}P$ Ψ^{D}, *semel* AO.

oleatus: oleati (Num. 11, 8): oleatii Ω^{M}; oleacei Ω^{S}; oleatis Π^{C}.

oleum (*plus* 80^{ies}): hol. *saepe* C, *rarissime* $\Lambda^{L}\Pi^{C}$; olęo *rarissime* Σ^{T}, Num. 28, 13 Π^{C}; olleum Num. 4, 16 B.

olim (Gen. 26, 18 *et* Dt. 2, 20): ollim Gen. *l. c.* O; holim *utr. loco* C, Dt. *l. c.* Σ^{O}.

oliua (6^{ies}): oliba *semper* X, 4^{or} *vel* 5^{ies} C(hol.)B, *ter* Σ^{T}, *semel vel bis* GAO; oleuis Lev. 24, 2 O.

oliuetum (6^{ies}): olibet. *semper* X, 4^{or} Σ^{T} (*vel* Σ^{T2}), Dt. 6, 11 B; holibet. 4^{or} C, Ios. 24, 13 B; oliuieta Dt. 6, 11 Φ^{V}.

olla (*ter*): ullam Iud. 6, 19 O.

olus: *cf.* holus.

omnino (15^{ies}): hom. Iud. 6, 4 $C\Sigma^{T}$.

omnipotens (13^{ies}): hom. Rt. 1, 20 $C\Sigma^{T}$.

omnis (*persaepe*): hom. *plerumque* C, *aliquoties* Σ^{T}, *rarissime* $\Lambda^{L}\Phi^{V*}O$ — *Cf.* homo ¶.

onero (Gen. 44, 13 *et* 45, 17): hon. *utr.*

loco CΨ^{B}, *pr. loco* Λ^{H}XΠ^{C}Σ^{O}P*Ψ^{DFM}Ω^{S}; onor. *utr. loco* Φ^{P}*.

onocrotalus: onocrotalum (Lev. 11, 18 *et* Dt. 14, 18): *cf. loca.*

onus (*12ies*): hon. *semper* Λ^{H}, *plerumque* CX, *circa 8ies* Σ^{O}(*vel* Σ^{O2})P*, *circa 6ies* Ψ^{DM}Ω^{S}, *circa ter* Ψ^{BF}, *semel vel bis* G^{1} F*Σ^{T}BΦ^{A}*OΘ^{H}SΩ^{JM}; onore Ex. 23, 5 GΦ^{A}* — ¶ operibus *pro* oneribus Ex. 1, 11 P*, *item* operi Num. 4, 27 TM* O ae.

onustus: onustos (Iud. 19, 10): hon. C XΣ^{O2}P*Ψ^{DF}Ω^{J}; an. L*.

onychinus (*8ies*): onichin. *semper* Λ^{H}Π^{C} ΨΩ a, *7ies* Π^{D}Σ^{OM}B, *circa 4ies* Λ^{L}TΦ^{A}Θ^{H}, *semel vel bis* GΦ^{RZGVP}Θ^{M}*P; honichin. *semel* CΛ^{L}; onychyn. *4ies* Φ^{P}, *ter* O, *semel* GΘ^{H}; onichyn. *circa 4ies* MP, *bis* C(hon. Ex. 39, 13)Φ^{A}, *semel* GTΦ^{ZGVP} Θ^{HG}; onicin. *7ies* Σ^{T}, *bis* X, *semel* C(hon.) Σ^{O}Θ^{H}; unicin. *ter* X, Gen. 2, 12 B; *ceterae illae 13 formae semel tantum inveniuntur*: ohnichinos Ex. 35, 27 Λ^{L3}; onycinos Ex. 25, 7 A*; onicyn. *semel* G^{C} M*P*; unichyn. *semel* M*Φ^{R}; hunichynos Ex. 35, 9 C; hunychinos Ex. 35, 27 C; unichin. *semel* Λ^{L}Σ^{M}; hnichinos Ex. 35, 27 Λ^{L}*; uhnichinos *ib.* Λ^{L2}; unycinos Ex. 28, 9 X; unicynos Ex. 25, 7 X; onuchenus Gen. 2, 12 O*; onuchinus *ib.* O^{2} — ¶ onix *pro* onychinus Ex. 28, 20 X.

onyx: onycha (Ex. 30, 34): *cf. locus et supra* onychinus ¶.

opera *et* opus *confunduntur*: opera *pro* opere *semel* BO; operas *pro* opera Num. 4, 19 Θ^{H2AM}; *contra* opera *pro* operas Ex. 21, 19 X Π^{D}Σ^{OM}BT^{2}Φ^{RAZGV2} OP*Ψ^{M}.

operimentum (*13ies*): operment. *semel* F*O; operemento Ex. 40, 17 O.

operio (*circa 65ies*): hop. *persaepe* C, *ter* Σ^{T}; opperuit Num. 16, 43 S; *nota perf.* operierunt Ex. 8, 6 O — ¶ cooperuit *pro* operuit Ex. 16, 13 A aretDGc — operauit *pro* -ruit Ios. 2, 6 Λ^{H}*; opereris *pro* -rieris Dt. 22, 12 P* — operta *pro* reperta Iud. 5, 15 Ψ^{DM}.

operor (*28ies*): hop. *persaepe* C, *4ies* Σ^{T} — *Forma activa etiam legitur*: operabis *semel* XΦ^{RZGP}* — *Cf.* operio ¶.

opertorium (Ex. 36, 19 *et* 39, 33): opertor. *pr. loco* Ψ^{M}; opertur. *alt. loco* Θ^{H}*P*.

opes (*6ies*): *genet.* opuum Dt. 6, 11 A*; oppum Iud. 18, 7 Φ^{R} — ¶ ope *pro* opere Iud. 19, 16 Π^{C}; *contra* operum *pro* opum Dt. 6, 11 Ψ^{M}.

ophiomachus (Lev. 11, 22): *cf. locus.*

opilio (Gen. 38, 12): oppilio Σ^{M}; opylio X.

opitulor: opitulentur (Dt. 32, 38): opet. AΘ^{H}.

oppando (Ex. 27, 21 *et* 35, 12): obpan. *utr. loco* TΦ^{RZGVP}, *semel* GC(hob)Φ^{A}Θ Ψ^{M}; opanditur *alt. loco* Ψ^{M} — *Cf.* adpendeo *et* expando ¶.

oppidum (*33ies*): opid. *ter vel quater* Σ^{OM}SΩ^{SM} a, *semel vel bis* Λ^{L*H}LF^{2}Π^{C}Φ^{Z}* OΘ^{HG}*; obidum Gen. 24, 11 Ω^{M}*.

opprimo (*30ies*): hoppr. Iud. 4, 24 CΣ^{T}; obp. *saepe* Θ^{AM}, *circa 8ies* ATP, *raro* G^{2} ΛXΣ^{M}M*OΘ^{HG}SΨ^{BM}; opr. *raro* GOΨ^{M}, *rarissime* L*Σ^{O}BΘ^{G}*; hopr. Iud. 10, 12 C — *Cf.* premo.

opprobrium, oppugno: *cf.* obp.

optime (Gen. 39, 3), optimus (*22ies*): obt. *semper* Σ^{T}, *fere semper* C(ho.)B, *circa 17ies* Λ^{H}XΣ^{O}P, *circa 10ies* Λ^{L}Σ^{M}S, *bis* CΘ^{A}, *semel* TΨ^{M}.

optio (Ios. 24, 15): obt. Λ^{H}XΣ^{TO}B; hobt. C.

opto: optatis (Gen. 29, 30): obt. Λ^{L}XΣ B; hobt. C.

opupa: opupam (Lev. 11, 19), upupam (Dt. 14, 18): *cf. loca.*

opus (*circa 140ies*): hop. *saepissime* C, *circa 55ies* Σ^{T}, *rarissime* X; opperis Gen. 39, 11 M* — *Cf.* onus *et* opes ¶.

ora (*11ies*): hor. *semper* CΩ^{M}, *ter* Λ^{H}X, *rarius* Π^{C}BΦ^{P}P*Ψ^{BF}Ω^{J} a — ¶ ore *pro* ora *6ies* Ψ^{B}, *ter* BΨ^{F}, *bis* A.

orbis *et* urbs *confunduntur*: orbem *pro* urbem Iud. 1, 25 O.

ordo (*16ies*): hor. *saepe* C, *ter* Λ^{H}; urdine Dt, 15, 2 S*.

oriens (*28ies*), orientalis (*33ies*): hor. *saepe* C, *circa 35ies* Σ^{T}, *rarissime* Λ^{H}Σ^{O}* B; orionte Gen. 11, 2 Φ^{P} — orientem *pro* orientalem Num. 3, 38 Ψ^{FM}.

orior (*27ies*): hor. *saepe* C, *circa 10ies* P*, *6ies* Σ^{T}, *raro* ΛXΠΦ^{Z*GP}Ψ^{BF} (*cf.* exhortus Lev. 13, 42 Λ^{H}; exorhortus *ib.* C); uriebantur Gen. 41, 23 G — *Coni. imperf.* (Gen. 2, 5 *et* Num. 16, 42) oriretur (*pro*

ore-) *utr. loco* C(hor.)ΛX(hor. *pr. loco* Π^{D}ΣT(*vel* T^{2})M(*vel* M^{2})Φ^{RAZVP}Θ^{AMP}Ψ Ω *edd., semel* Π^{C}BA^{2}Φ^{G}Θ^{H2G}S^{2}; orare-tur *alt. loco* OΘ^{H*}; *nota part.* ortuus Dt. 33, 2 X^{1}.

ornamentum: ornamenta (Iud. 8, 21 *et* 26): hor. *utr. loco* C, *alt. loco* Λ^{H}.

oro (*plus 30^{ies}*): hor. *saepe* C, Dt. 9, 26 Σ^{T}Θ^{H} (*cf.* adhorabunt Ex. 11, 8 Ψ^{F}).

ortus (*7^{ies}*): hor. *7^{ies}* C, *circa 5^{ies}* Λ^{H}Σ^{T}, *semel vel bis* Π^{C}Σ^{O}Φ^{G*}P* — *Abl.* orto Iud. 5, 31 VO.

oryx: orygem (Dt. 14, 5): *cf.* *locus.*

os, oris (*circa 70^{ies}*): ho. *saepissime* C, *circa 20^{ies}* Σ^{T}, *circa 10^{ies}* Λ^{H}, *circa 4^{ies}* Ψ^{DM}, *semel vel bis* Λ^{L}L*X*Σ^{O*}OΨ^{F} — *Cf.* is *et* ora ¶.

os, ossis (*13^{ies}*): ho. *semper* C, *semel vel bis* Σ^{T*}BΨ^{BM}; *nota* oxibus (*pro* oss.) Iud. 19, 29 F.

osculor (*10^{ies}*): obsc. *semel* G*Λ^{H*}Π^{C}O Θ^{G*}; obc. Gen. 45, 15 Σ^{M}; occulans *ib.* 33, 4 Λ^{L*} — ¶ osculatus *pro* deosculatus Gen. 48, 10 ΣBATΦΘ^{M2}.

osculum (*bis*): usculum Gen. 27, 26 T*.

ostendo (*40^{ies}*): hos. *persaepe* C, *circa 20^{ies}* Λ^{H}X, *circa 4^{ies}* Σ^{TM}B.

ostentum: ostenta (Ex. 4, 21 *et* 7, 3): hos. *utr. loco* C, *pr. loco* XT*.

ostium (*57^{ies}*): hos. *plerumque* CΛ^{H}, *saepe* Π^{C}P*Ψ^{M}, *circa 30^{ies}* Σ^{O}Ψ^{B}Ω^{M}, *circa 15^{ies}* Σ^{T}(*vel* Σ^{T2}) Φ^{P}Θ^{H}Ψ^{D}, *aliquoties* B(*vel* B^{2}) Φ^{A}OΨ^{F}, *5^{ies}* GΛ^{L}XΣ^{M}Θ^{G}SΩ^{S} a, *semel vel bis* Π^{D}TM*Φ^{Z}Θ^{M}; oste. *4^{ies}* V*F*, *semel vel bis* GXΣ^{T*}; hoste. *42^{ies}* X, *bis* CΣ^{T*}, Gen. 18, 2 P*.

otium: otio (Ex. 5, 17): ocio Φ^{A}Ω^{SJ}.

ouis (*circa 100^{ies}*): ob. *circa 30^{ies}* O, *circa 20^{ies}* Σ^{T}, *raro* Λ^{L}X, *semel* C(hob.)Π^{C}B*; uue Ex. 34, 20 Λ^{L*} — *Genet. plur.* ouiarum Dt. 7, 13 P* — ¶ ouibus *pro* ouis (*a voce* ouum) Dt. 22, 6 B*.

ouum: ouis (Dt. 22, 6): obis Λ^{L} — *Cf.* auis *et* ouis ¶.

P

pabulum (*5^{ies}*): pauul. *ter* A, *bis* Σ^{M}; papulum Lev. 3, 11 Φ^{V*}.

pacificus (*circa 60^{ies}*): paciuic. *23^{ies}* Σ^{T}; pacificiorum Lev. 4, 26 B; pacificiis Ex. 18, 7 Λ^{L}.

pactum *et* peccatum *confunduntur*: pact. *pro* peccat. Num. 18, 22 Φ^{V}, *ib.* 18, 23 O.

paenitentia (Lev. 5, 5 *et* Iud. 21, 6): poenit. *bis* CΦ^{P}(*vel* Φ^{P2}) grelc, Lev. *l. c.* O ꝫ; pęnit. Iud. *l. c.* Θ^{G}PΨ^{F}; penit. *bis* ΛXΠΣ^{TO}BΘ^{H}Ψ^{DM}Ω^{J} a, *semel* LM*Ψ^{BF} Ω^{S}; penitencia Iud. *l. c.* Σ^{M} — ¶ poenitentiam *pro* paenitudinem Iud. 21, 15 relꝫc, *vel* penitentiam Θ^{H}Ω^{SM} a.

paenitet (*ter*): poenit. *ter* grelc, *bis* Φ^{AP} Ω^{S} b, *semel* C ꝫ; penit. *ter* ΛXΠΣBΨ^{DFM} Ω^{JM} a, *bis* C, *semel* GA*Φ^{ZVP}OΘ^{H}PΨ^{B} Ω^{S}; penet. *bis* O.

paenitudo (Dt. 30, 1 *et* Iud. 21, 15): poenitud. *bis* CΦ^{P} g, *semel* Σ^{O} relbmꝫc; pęnitud. *bis* Λ^{L}(*vel* Λ^{L2})Θ^{A}P, *alt. loco* Σ^{M}Θ^{G}Ψ^{B}; penitud. Λ^{H}(*vel* Λ^{H2})LXΠ^{C}Σ^{T} BAΨ^{DF}(*vel* Ψ^{F2})Ω^{J}, *semel* Λ^{L*}Π^{C}Σ^{OM}M OΘ^{H}Ψ^{BM}Ω^{SM} a — *Cf.* paenitentia ¶.

palea (*9^{ies}*): palleas Gen. 24, 32 Φ^{P*}.

palliolum (Rt. 3, 15): *cf.* pallium ¶.

pallium (*23^{ies}*): palle. *7^{ies}* X, *ter* G^{C}CB, *semel vel bis* Λ^{L}Σ^{T}ΦΘ^{H*}P* — ¶ pallium *pro* pellium *semel* (*in* Num. *cap.* 4, *ubi ambo frequentantur*) GΛ^{L*}Σ*O*Θ^{G*}S*; *contra* pellium *pro* pallium Num. 4, 6 S*P*, *item* pellio *ib.* 4, 7 Ψ^{F*} — pallium *pro* palliolum Rt. 3, 15 XΣ^{TO}Θ Ψ^{DFM}Ω agrelꝫc.

palor: palantes (Iud. 9, 44 *et* 20, 45): pall. *utr. loco* Ψ^{D}, *semel* B^{2}T*Θ^{HG*}Ψ^{F*M} — ¶ planantes *pro* palantes *pr. loco* O.

palpo (*4^{ies}*): *forma deponentis* palpari (*pro* -re) Dt. 28, 29 L*Σ^{T}Φ^{RAZ*GVP}P* Ψ^{DFM}; *item* palperis (*pro* -es) *ib.* Σ^{T2}.

palus, udis (*ter*): pallud. *bis* Ψ^{M}(*vel* Ψ^{M2}), Ex. 7, 19 Ψ^{B*}.

pando, *et* pendeo (*vel* pendo) *confunduntur in compositis* adp. *et* exp.

pango: *perf.* (*14^{ies}*): pepeg. *9^{ies}* P*, Gen. 14, 13 O; pepugit Dt. 5, 2 M*.

panis (*circa 90^{ies}*): pann. *bis* Ψ^{M}, *semel* VΩ^{S*}.

papilio (Ex. 33, 8 *et* Num. 16, 27): papill. *utr. loco* Ψ^{B}, *pr. loco* Ψ^{F}; pampilionum *alt. loco* Φ^{P}.

papula (Lev. 14, 56 *et* 22, 22): pabul. *semel* Λ^{L*}Θ^{H*}Ψ^{B*}F*.

papyrio: papyrione (Ex. 2, 5): *cf. locus.*

parabola (7^{ies}): parabul. *ter vel quater* T*S (*vel* S^{2}), *semel* Λ^{L}BM*O; parauola Num. 24, 15 S*.

paradisus (14^{ies}): paradys. *semper* $\Pi^{D}\Phi^{P}$ (*vel* Φ^{P2}) Θ^{AM*}, *fere semper* $\Pi^{C}P\Omega^{M}$, *saepe* Λ^{L} (*vel* Λ^{L2}) $\Phi^{R}\Omega^{SJ}$, 4^{er} $M\Phi^{Z}$, *semel* $\Phi^{V}\Psi^{BD}$; paradiss. 5^{ies} C, Gen. 3, 24 G.

parco (6^{ies}): parceat (*pro* -cat) Dt. 13, 8 O; pargat *ib.* Λ^{L}S*.

pareo *et* **pario** *confunduntur*: parendi *pro* pariendi Gen. 25, 24 O; pareat *pro* pariat *ib.* 30, 3 T*M*OP*.

pario (*circa* 65^{ies}): *inf.* parire Rt. 1, 12 M*; *pro formis perf.* **peperer.** (6^{ies}): peper. *ter* $X\Phi^{Z*}\Psi^{M}$, *bis* $\Pi^{C}\Sigma^{TM}B\Phi^{R}O\Theta^{A*}\Psi^{P}\Omega^{M}$, *semel* $G\dagger\Lambda^{H*}\Phi^{V}\Theta^{H*G*}P*\Psi^{B*}$ — ¶ parturientis *pro* parientis Lev. 12, 7 Ω^{S} a; *cf.* **pareo.**

partior (*bis*): parti (*pro* partiti) Ios. 19, 51 L.

parturio: *cf.* **pario** ¶.

paruitas: *cf.* **prauitas** ¶.

parum *et* **paruum** *confunduntur*: paruum *pro* parum *bis* A, Gen. 44, 25 Π; *contra* parum *pro* paruum Dt. 1, 17 Σ^{T}.

paruulus (*circa* 35^{ies}): parbul. 7^{ies} O, *ter* Λ^{L}, *semel* $G*\Sigma^{T}$; paruol. *aliquoties* CTM*S, *semel vel bis* $G^{C}F\Sigma^{T}\Phi^{P}\Theta^{H}$; parbol. *bis* O (*vel* O^{2}).

paruus (7^{ies}): parbus Dt. 33, 6 C — *Cf.* **parum.**

pascha (Num. 9, 6): pasca Ω^{M} — ¶ phase *pro* pascha Num. *l. c.* $G^{1}X^{a}\Sigma^{OM}BT\dagger\Phi^{P2}\Theta^{AG2}$S *edd.*, *vel* phasae C, *vel* phasin G†; *contra* pascha *pro* phase Lev. 23, 5 C; *item* pasca *semel* XO; pasce Ex. 12, 43 X; fasce *ib.* 12, 21 Σ^{T}.

pasco (17^{ies}): pascham *semel* Π^{C}B.

passer (10^{ies}): paseres Lev. 14, 49 Ψ^{M}.

passus: **passuum** (Num. 35, 4): passum Π^{C}.

pateo: *cf.* **patior** ¶.

pastus (5^{ies}): paustu Gen. 41, 18 Ψ^{M}.

pater: batribus Dt. 24, 16 S* — *Genet. plur.* patruum *bis* X — ¶ patris *pro* patrui Num. 36, 11 $\Sigma^{O}\Psi$; *item* patri Iud. 10, 1 Ψ^{P*}.

paterfamilias: **patris familias** (Rt. 2, 2): patris famili(a)e $C\Lambda F\Pi^{D*E}\Sigma^{M}B*\Theta^{HA}$.

patibulum (5^{ies}): patibolis Ios. 10, 27 C; patiuulo Dt. 21, 22 O; batibulis Num. 25, 4 S*.

patior (24^{ies}): pac. *ter vel quater* $\Sigma^{O}\Theta^{H}$S (*vel* S^{2}) $P\Omega^{JM}$, *semel* $\Sigma^{M}\Phi^{A}$a; *part.* pasus Rt. 4, 14 X — ¶ pateris *pro* patieris *semel* Σ^{T}S*; *item* patens Lev. 22, 4 O.

patruelis (Ex. 6, 20 *et* Lev. 25, 49): patruhel. *bis* Π^{D}, *semel* $B\Theta^{H}\Psi^{D}$.

patruus: *cf.* **pater** ¶.

paueo (9^{ies}): pab. 4^{er} $X\Sigma^{T}$, Dt. 20, 8 B.

paululum (8^{ies}): paulolum *bis* M*, Gen. 44, 4 P* — ¶ paululum *pro* pauxillum *semel* $T\Omega^{S}$ arelbgc.

pauor (9^{ies}): pab. *ter vel quater* X (*vel* X^{a}) Σ^{T}, *bis* Λ^{L}B.

pauper (18^{ies}): *dat.* paupero Dt. 15, 11 O; *abl.* pauperi *ib.* 15, 9 Ψ^{B}.

pauxillulum: *cf. infra* **pauxillum** ¶.

pauxillum (6^{ies}): pausillum *ter vel quater* $GC^{2}\Sigma^{T}$B, *bis* XM* (*vel* M^{2}), *semel* F OS*Ψ^{B2} — ¶ paxillum *pro* pauxillum 4^{er} Ω^{M}, *bis* $\Phi^{V}\Omega^{S}$, *semel* $\Lambda^{H}M*\Phi^{Z*}$O a; *contra* pauxillum *pro* paxillum Dt. 23, 13 $A\Phi^{A}\Theta^{H2A*M*}P*\Psi^{M}$; *item* pauxillus *pro* paxillus *bis* Ψ^{M}, Ex. 27, 19 $\Lambda^{LH*}\Theta^{AM*}$ — pauxillulum *pro* pauxillum *ter* Λ^{H}, *bis* A m, *semel* $\Lambda^{L}X\Sigma^{M}M^{2}\Phi\Theta^{HM2G}$P, *vel* pauxilulum 4^{er} Λ^{L} (*vel* Λ^{L2}) Gen. 18, 4 Θ^{M}, *vel* paxilulum Gen. 43, 2 Λ^{L*}, *vel* pausillulum Gen. 18, 4 P, *vel* pausilulum Gen. 24, 17 P — pusillum *pro* pauxillum 4^{er} C*, *semel* XMΩ agrelg; *cf. etiam* **paululum** ¶.

paxillus (9^{ies}): paxilus *ter* O; paxililli Num. 3, 37 Φ^{R*} — *Cf.* **pauxillum** ¶.

peccatum (*circa* 150^{ies}): pecat. 18^{ies} X^{a}, Num. 18, 22 Π^{D} — *Cf.* **pactum** ¶.

pecco (*circa* 50^{ies}): peco *ter* S (*vel* S^{2}), *bis* $\Lambda^{H}\Sigma^{T}$ (*vel* Σ^{T2}), *semel* $X^{a}P\Omega^{SM}$.

pectus (8^{ies}): petora Lev. 9, 21 Φ^{A*}.

pectusculum (9^{ies}): petusculum *semel* $\Psi^{B*}\Omega^{S}$; pectulum Lev. 8, 29 Λ^{H} — ¶ pecusculum *pro* pectusc. Num. 18, 18 Ω^{S}; *item* peccusculum *bis* Ω^{S}.

pecunia (*circa* 35^{ies}): paecun. (*vel* pę-) *circa* 10^{ies} G; peccun. 25^{ies} Σ^{O}, 22^{ies} Σ^{M} (*vel* Σ^{M2}), 5^{ies} Λ^{H}, *circa ter* $\Phi^{P}\Psi^{M}$, *semel* Λ^{L}LT*O^{2}; peccuneae Gen. 45, 23 O*; pecunam Gen. 23, 13 Ψ^{M}.

pecus (47^{ies}): *pro formis* **pecor.** (39^{ies}): peccor. *semper* Σ^{M} (*vel* Σ^{M2}), 30^{ies} Σ^{O*}, 15^{ies} Φ^{P}, 10^{ies} Λ^{H}, *circa* 5^{ies} $\Psi^{M}\Omega^{M}$, *semel* $\Theta^{A}P\Psi^{P}$ — **pecudibus** *scribimus* Gen. 9, 10: pecoribus CXO.

pecusculum: *cf.* pectusculum ¶.

peiero (Lev. 6, 3 *et* 19, 12), periuro: periurauerimus (Ios. 9, 20): *hanc formam praebent* Ios. *l. c.* CΛ^{L*H}F*XΣ BT*MΦOΘ^{H*A*}P*Ψ, Lev. 6, 3 CΛX^{2} Σ^{TO2M}BATΦ^{RAZP2}Θ^{H}Ψ 𝔪, *ib.* 19, 12 CΛX ΣBT*Φ^{RAZGP}OPΨ^{BFM}Ω^{SJ} *edd.*; perier. Lev. *utr. loco* Θ^{A*}, *pr. loco* GOΘ^{M*}P*; peiur. *ib. utr. loco* Φ^{V}, *alt. loco* T^{2}Φ^{G}Θ^{H}, Ios. 9, 20 T^{2}.

pellicatus: pellicatum (Lev. 18, 18): peli. CΛXΠΣBAMΦ^{RZGVP}OΘPΨ^{BF}Ω^{SJM2} 𝔞.

pellicius (Gen. 3, 21 *et* Lev. 13, 59): pellit. Lev. *l. c.* Ψ^{B}; pellice. *utr. loco* 𝔤𝔯𝔢𝔩𝔟𝔰𝔠, *semel* Φ^{P}Ω^{SJ} 𝔞; pellicae. Lev. *l. c.* G*.

pellis: *cf.* pallium ¶.

pello: *in compositis*: conpello, ex-, im-, re-: *pro forma perf.* -pul. (7^{ies}): -pull. *ter* Ψ^{M}, *semel* Φ^{P*}OS.

pendeo (*vel* pendo) *et* pando *confunduntur in compositis* adp. *et* exp.

pene (Ios. 9, 13 *et* 10, 20): pęne *bis* M*Ψ^{F}, *semel* Λ^{L}Θ^{H}Ψ^{B}; paene *bis* FT, *semel* Φ^{AP}Θ^{H}; poene *bis* CM^{2}, *semel* Φ^{A}Ψ^{B}.

penitus (6^{ies}): pęn. *semel* Λ^{L}Σ^{M}MΨ^{B}; paen. *ter* Φ^{G}P*, *bis* FATΦ^{A}, *semel* Φ^{RZ}; poen. *semel* T*Φ^{AP}SΨ^{FM}.

pennula: *cf.* pinnula ¶.

penuria (7^{ies}): pęn. *ter* Λ^{L}Θ^{MG}, *semel* Π^{D} Σ^{M}MOP; paen. *ter* FAT, *semel* Π^{C}Φ^{RAZ} Θ^{AMG2}; poen. 5^{ies} P^{2}, *bis vel ter* CT; pennuria *semel* FΩ^{M†}.

pepo: pepones (Num. 11, 5): peponas S^{2}.

per *et* super *confunduntur*: per *pro* super Gen. 49, 22 Ψ^{DF}; *contra* super *pro* per Lev. 5, 15 G*.

percrebresco *cf.* crebresco.

percrepo: *cf.* crebresco ¶.

percresco: *cf.* crebresco ¶.

percussor (5^{ies}): percusorem Num. 35, 24 Σ^{O}B*.

percutio: *cf.* quatio ✠.

perditio (Dt. 29, 21 *et* 32, 35): perdic. *utr. loco* S; perdict. *utr. loco* Ψ^{DFM}, *alt. loco* Λ^{L}.

perdo *et* prodo *confunduntur*: proditam *pro* perditam Lev. 6, 3 Θ^{H*}.

peregrinatio (7^{ies}), peregrinor (21^{ies}), peregrinus (25^{ies}): pergr. 10^{ies} O; peraegr. *bis* L; perigr. *semel* Φ^{V}Θ^{H}; *nota inf.* peregrinare Iud. 17, 8 F.

pereo (*circa* 50^{ies}): *cf.* eo ✠ — ¶ deperibunt *pro* peribunt Dt. 28, 40 𝔞𝔯𝔢𝔩𝔰.

perfectio *et* profectio *confunduntur*: perfectionis *pro* profectionis Num. 10, 28 S*.

perfectus *et* profectus *permutantur*: profectus *pro* perfectus Gen. 17, 1 Π^{C} — perfecti *pro* praefecti Num. 7, 2 B*.

perfodio: *cf.* fodio.

perfundo: *cf.* fundo.

pergo (*circa* 100^{ies}): perexissent (*pro* perr.) *semel* Θ^{H*A} — ¶ pergit *pro* uergit Dt. 11, 30 Λ^{H} 𝔞.

perhibeo: *cf.* prohibeo ¶.

periclitor: periclitari (Gen. 35, 17): perecl. Λ^{LH2}Σ^{O}M*P*; -are Λ^{L}P*.

perimo: *cf.* permitto ¶.

periscelis: periscelides (Num. 31, 50): *cf. locus.*

periuro: *cf.* peiero.

perizoma: perizomata (Gen. 3, 7): pariz. CΛ^{L}BP.

permitto (5^{ies}): *cf.* mitto ✠ — ¶ peremit *pro* permisit Ios. 11, 11 Λ^{H}ΦPΨ^{B2DM} Ω^{SJ} 𝔞𝔯𝔢𝔩𝔟𝔰𝔠.

perscrutor: perscrutantes (Dt. 19, 18): prescrutantes CXBΘ^{A} (prę); prescut. Σ^{T}.

persequor (56^{ies}): *cf.* sequor ✠ — ¶ prosequeris *pro* persequeris Dt. 16, 20 ΠΣ^{O}Φ^{P}.

persono (4^{ies}): personuerit (*pro* personau.) Iud. 7, 18 Λ^{H}LF^{2}ΠΣ^{TO}BTMΦ^{A2P}O ΘΩ *edd.*

